PHILIPPI I. REGIS CASTELLÆ, LEGIONIS, &c. CUSI DURANTE BELLO, CONtra Carolum Geldriæ Ducem ſuſcepto: Anno Chriſti 1505.

PHILIPPUS I. Caſtellæ & Legionis Rex, antequam iterum in Hiſpaniam abiret, conſil um ſecutus procerum ſuorum, armis Geldriam repetere ſtatuit, haud ignarus per eam acceſſionem hoſtium opes ubique ſuis impares fore. Cum florentiſſimâ igitur equitum peditumque manu profectus, Arnemum Geldriæ oppidum ſubitâ vi adoritur: cujus incolæ ad poſtremum metu ſubacti, portas Burgundo patefecerunt, qui ingreſſus præſtitit fidem deditis: neminem violans: nihil cuiquam adimens: nemi-